



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 57. Scriptorum religione Catholicorum obitus & lucubrationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A.C. 1714.

§. LVII.

*Scriptorum religione Catholicorum
obitus & lucubrationes.*

Vid. *supra* t 66. l. 212.
§. 3. I p. 280.
Act. erud.
p. 180. ad
An. 1715.
Du Pin
Bibl. des
Auth.

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis, qui hoc anno obiere, paucos recensere, haud importunum erit: & primo quidem die vigesima octava Junii defecit Daniel Papebrochius Jesuita, quin colligendis conscribendisque Sanctorum fastis Henschenio aggregatus, Sanctorum vitas in Mensibus Martio, Aprili, Majo & Junio occurrentes summa eruditionis copia, ac indefesso labore quatuordecim omnino tomis ad prælum promovit: Postquam vero acri admodum calamo Carmelitani Ordinis antiquitatem & originem velut signum exploserat, hujusque Ordinis initium prorsus inepte ad Sæculum XII. rejecerat, tunc Carmelitæ vicissim calamos suos editis quamplurimis opusculis contra eum acuerunt, quibus tamen Papebrochius cum ne quidem respondere dignaretur, Carmelitæ atque inter eos præsertim Sebastianus a S. Paulo Provincialis ex eiusdem actis quamplurimas decerpserunt propositiones, quas velut hæreticas, falsas, temerarias, erroneas &c. apud Inquisitionem Hispanam denunciarunt,

tiarunt, quo facto Anno 1695. die de- Sæc. XVIII.
 cima quarta Novembris, (uti jam su- A. C. 1714.
 pra memoravimus) Inquisitores edito
 decreto omnes quatuordecim Pape-
 brochii tomos proscripterunt : Pape- *Elucid. Hist.*
 brochius vero lapidem, quo percussus *Aff. in Con-*
 erat, mordens, scribere haud dubita- *trov. Carmel.*
 vit, se non desperare . . . satis illumi- p. 67. edit.
 nandos supremi istius Tribunalis Ministros, *Antv.*
 quantumvis in re historica hættenus parum
 versatos, ideoque facile pertractos a Car-
 melitis in sententiam tam probrosam sibi
 apud exterios omnes: spero, inquietabat,
 fore, ut ex meis responsionibus intelligent,
 auctores istos, quos suimet Scriptores tam
 patentis arguunt fictionis, merito con-
 temni a Scriptoribus externis, neque ho-
 rum libros, majori quam in Hispania
 fieret, libertate scriptos, esse condemnan-
 dos, quia maluerint de Hispanicis Sanctis
 vera, quam vulgo placentia tradere &c.
 Nitebatur etiam Papebrochius cauf-
 sam suam editis tribus voluminibus
 strenue defendere, novo tamen In-
 quisitionis Hispаниæ Anni 1697. de-
 creto notatus: Anno etiam Christi
 millesimo septingentesimo die vigesi-
 ma secunda Decembris & Anno 1757.
 die decima tertia Junii Sacræ Romanæ
 Inquisitionis Congregatio hujus Jesuitæ
 conatum Chronico - Historicum ad Catalo-
 gum Romanorum Pontificum in Indicem

Aaa 3 libro-

Sæc. XVIII. librorum prohibitorum rejicit, donec
 A.C. 1714. inde expungantur *Historiæ Conclavium*
pro electione Romanorum Pontificum.
 Scripsit etiam Papebrochius separatim
 Acta vitæ S. Ferdinandi Castellæ &
 Legionis Regis cum postuma illius
 gloria, & etiam Annales Antverpi-
 nos, usque ad Annum 1700. qui ta-
 men nondum publicam aspexere lo-
 cem. II. Simon Bougis Benedictus
 nus Congregationis S. Mauri, qui e-
 didit ideam Religiosi in operibus S.
 Bernardi adumbratam, & medita-
 tiones Christianas pro Novitiis & ne-
 professis. III. Sebastianus a S. Joachi-
 mo Carmelita Excalceatus, qui quin-
 tum tomum Cursus Theologæ Mora-
 lis Salmanticensis edidit, & potio-
 rem sexti tomī partem elaboravit.

§. LVIII.

*Scriptores Acatholici hoc anno de-
 nati, eorum opera.*

Inter Scriptores Acatholicos hoc anno
 defunctos memorari merentur. I.
 Gottfridus Arnold, qui scripsit veram
 ideam primorum Christianorum, Hi-
 storiam Ecclesiastico - Hæreticam, una-
 cum supplementis emendatis & illus-
 tratis, Theologiam experimentalem, di-
 lucidationes de Sectariis, & sumptione
 Cænæ